Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Deus homo factus stetit

in synagoga. Et in conventu iudeorum bonorum, quos deus dicit iuxta morem illum qui dicunt quia ex magnum vri, in medio horum deorum stetit xpus in assumpta natura hominis illud, medius autem vrm stetit, in medio autem deos iudicat. Et discernit bonos ac iustos qui maiestatis sue monita fideliter secuti sunt, a malis.

Ad iudices accusans eorum pravam consuetudinem ait.

Usque quo iudicatis iniquitatem et faciem peccatorum sumitis. Iudicate egenum et pupillum, humilem et pauperem iustificate. Eripite pauperem et egenum, de manu peccatoris liberate.

Ego iudicavi eos sed tamen ipsi nescierunt et non cognoverunt xpm et quare quia hoc non intellexerunt et non crediderunt. Scitum est enim nisi credideritis non intelligetis. Et quare hoc quia in tenebris ambulant in obscuro viuos et caecitate infidelitatis detinent. Et signum dans propheta iudeis, quo agnoscant xpm, ait: movebuntur omnia fundamenta terre, nam in cuius morte terra mota est et petre scisse sunt.